

Corrēct. dicto nu. 109. Puniendi ergo solum quando inqualiter, ceteris paribus, distribuunt. Et nota, quod affligere vestimenta Fratribus, ad superiores Pralatos pertinet, ut colligatur ex dicto loc. Corrēct. nu. 109. & vsus comprobavit.

116. Dico 22. superiores Pralati non possunt bona vnius conuentus in alium transferre, neq; sibi applicare, fine speciali consensu Correctoris, & capitulo conuentus, a quo talia bona transferenda sunt; nisi in capitulo generali, vel prouinciali alter ordinaretur: vel nisi pro eudente necessitate aliquius conuentus id fieri, prudens, & charitativus Pratali discreto luaderet; Corrēct. nu. 50. Sed in omnibus rebus, etiam prius momenti, etiam quodam adeo eidens necessitas alterius conuentus, consilio ut semper Prelati current obtinere consensum falem Correctoris, & Seniorum, ad vitandas murmuraciones. Res autem magni momenti transferri non possunt sine licentia Papæ, quia censentur alienationes.

117. Dico 23. Violatores vita quadragesimalis, & introduceentes carnes in nostros conuentus, per superiores Pralatos puniuntur; Corrēct. num. 51. 53. Atq; ita vides, quod punire delinquentes circa vota castitatis, paupertatis, & vita quadragesimalis, ad Pralatos pertinet, vt dixi nu. 111. 114. delinqüentes vero circa obedientiam etiam per Correctores puniuntur modo dicto num. 110. Et aduerte hic vnum bonum punctum, quod superiores Pralati in puniendis delinqüentibus contra vota non genti Collegarum consenserunt, cum poenatis per regulam taxata, neq; ipsi habent facultatem eam minuendi, vt constat ex Corrēct. nu. 23. ibi. *Nisi forte super aliaco, &c.* Et nu. 105. ibi exceptis votorum panis. Et clarissime nu. 107.

118. Dico 24. Correctoribus in refectorio vix loqui permittitur, ne de refectorio capitulum faciant; Corrēct. nu. 60. punire autem silentium frangentes ipsorum est, Corr. nu. 59.

119. Dico 25. Correctores debent reverenter recipere superiores Pralatos, cum ad eos diuenterint, illisq; debitum honorem humiliter impendere, & iuxta loci facultatem benignè tractare; Reg. num. 38. Corrēct. num. 61.

120. Dico 26. dare benedictionem fratibus ad excusandum foras, Correctoribus est; ex Corrēct. nu. 62. & probauit to. 2. nofr. priu. in const. 7. Pauli V. nu. 47. Et aduerte, quod foras egressi semper tenentur petere benedictionem à Correctore, etiam si ibi praefens Provincialis, non enim dicit legislator, quod eo casu egressi petant benedictionem à Provinciali, sed solum quod Corrector pro reverentia sui maiori supplacet Provincialis, vt ijs benedicere dignetur.

121. Dico 27. Correctores locales in praesentia Provincialis possunt suum ordinarium officium exercere, ter in hebdomada capitulum culparum celebrare, fratres corrigerere, de bonis monasteriis secundum Regulam disponere &c. Corrector. num. 64. Neq; obstat illa clausula eodem num. posita. *In quantum sibi à suis predilectis superioribus Pralatis, & eorum vicere gerentibus permisum fuerit.* Nam prater ea, quae dixi to. 2. priu. cit. num. 46. hic addo, clausulam

illam non importare meram, & liberam voluntatem, fed arbitrium boni viri; Barbola de claul. claul. 69. Moneta de distrib. p. 1. q. 9. n. 27. Gonzal. §. 7, num. 112. ad reg. 8. cancell. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 8. à num. 1. bonus autem vir est; quem describit Horat. lib. 1. ep. ep. 16.

ad Quint.

Vix bonae est quis?
Qui consulta patru, qui leges, iuris, seruat;
Quo multe magnae fecantur indice lites.
Quo reponere, quo cause teste tenemur.

Et plura huiusmodi videtur potes apud Menoch. de arb. lib. 1. in procem. num. 6. & 7. & cum duplex distinguantur iurista arbitrium, ve Menoch. lib. 1. de arb. q. 6. num. 1. primum, quod plenum, & liberum appellatur 2. quod iure, ratione, ac equitate regulatum dicitur, & 1. sit concessio à lege, vel homine facta, qua potest si index, femoto iure, ratione, ac equitate, sed proprio ductus appetiu, a dolo tamē alieno, quod placuerit flatere 2. vero sit concessio à lege, vel homine facta, qua possit si index, quid sentiat iure, ratione, ac equitate animi sui proferre sententiam, quicq; non in alium statuat, quod sibi statui negare possit, vt Menoch. loc. cit. nu. 2. & 3. qui de virisq; arbitris in sequentibus agit, & quidem de lib. 9. 7. examinans singulariter verba, quibus illud conferri solet; & q. 8. examinat pariter verba, per quae regulatum arbitrium confertur. Et licet illa clausula *in quantum sibi permisum fuerit*, neq; in 1. neq; in 2. arbitrio numeretur a Menoch. cum tamē assimiletur illi, *Vix videbitur, Vix placuerit, &c.* quæ arbitrium regulatum important, hanc nostram idem arbitrium importare dicendum est. Et dato, quod sit dubium, quodnam arbitrium importet, in dubio, praelatim cūgatur de prædictio tertii, secundum Menoch. loc. cit. q. 9. num. 8. Tisch. ver. Arbitrium, concil. 470. num. 26. præsumendum est, per eam arbitrium liberum non fuisse conceatum, sed iure regulatum. Non vult ergo dicere legislator, quod superiores Pralati possint Correctorum iurisdictionem ad suum beneficium sine iure, & ratione (quod aliqui male prætentunt) impediunt, sed solum, quod quando aliqua iusta ratio in casu aliquo particulari suscitat, Correctores debere ab aliquo abstineri, V. G. à mittendis ex parte conuentum Fratribus, possit illi Provincialis, vel alias superior Pralatus impedire. Et quod hac sit germana interpretatione illius loci, probo ex eodem Corrēct. num. 64. ubi dicitur *ob haec tamē, &c.* Cum enim nu. 62. 8. 63. mādasset legislator, quod ubiqueq; praesentes sufficiunt Correctori locali, & Provincialis, ille tamquam minor huius cederet tamquam maiori, & quod quando fratres egressi, benedictionem à Correctore petent in praesentia Provincialis, ipse Corrector nutu, vel verbo ipsi Provinciali supplicaret, vt dictis Fratribus benediceret dignaretur. Et similiter mandasset, quod quando in refectorio aduerserit Generalis, vel Provincialis, ab istis, non a Correctore fratres, benedicerentur, dubitari poterat, an similiter in praesentia dictorum Pralatorum possit Corrector de rebus monasteriis disponere, volens hanc dubitationem resoluere,

Barbola,
Moneta,
Gonzales,
Menoch,
Horatius,

Menoch.

Menoch.

Menoch.

Tisch.